

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Ex Festis Julii.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

*Solida devotionis exercitia.*

307

*Interveniat pro nobis quasumus Domine IESU  
Christe nunc & in hora moris nostra apud tuam  
clementiam beata Virgo Maria Mater tua. Cujus  
sacratissimam animam in hora tua passionis doloris  
gladius pertransiit. Per te IESU Christe Sal-  
vator mundi, qui cum Patre & Spiritu Sancto vi-  
vis & regnas in secula seculorum. Amen.*

*Ex Festis Junii.*

**S**ancte Joannes Baptista & Beate Aloysii impe-  
trate mihi pro felici morte conscientiam eti-  
am à venialibus peccatis mundam & innocen-  
tem.

**S**ancte Petre & Paule Apostolorum Principes  
impetrare mihi pro felici morte fidem vivam &  
solidam, quâ temptationibus resistam. Idem im-  
petrate mihi Patroni hoc mense, &c.

*Hora 12ma Matut.*

**M**aria Mater Dei offero tibi pro felice morte  
per te impetranda in tributum die ac horâ  
hâc &c. & devotâ mente recito Litanias Laure-  
tanâs cum Collectâ *Sub tuum præsidium. Gra-  
tiam tuam quasumus Domine. Et Sanctissima Ge-  
nitricis tuae Sponsi quasumus.* Item triplicem sa-  
lutationem Angelicam, quam vide hic Cap. 6,  
§. 2.

*Ex Festis Iulii.*

**S**ancta Maria Elisabetham visitans, & Mag-  
nificat canens, impetra mihi pro felici mor-  
te; ut migrans ex hac vita anima mea Dominum  
magnificet, ac post mortem exultet spiritus  
meus in Deo salutari meo.

S.

S. Ignati & omnes Electi Dei è Societate IESU  
impetrare mihi pro felici morte , ut majorem  
Dei gloriam verè quæram usque ad mortem.  
Idem impetrare mihi Patroni hoc mente dati &c.

*Hora prima Pomeridiana.*

Maria Mater Dei pro tributo tibi pro die ac  
hora hac pendendo ad impetrandam felici-  
tatem mortem tuæ me intentioni ac fervori uniens  
canio Magnificat anima mea Dominum , Exult-  
avit Eccl.

Obsecro te, Domina sancta Maria, Mater Dei,  
pietate plenissima, summi Regis filia, Mater glorio-  
fissima, Mater orphanorum, consolatio desolato-  
rum, vita errantium, salus omnium in te speran-  
tiuum, Virgo ante partum, Virgo in partu, Et Virgo  
post partum ; fons misericordia, fons salutis Et  
gratia, fons pietatis Et latitiae, fons vita Et venia:  
Per illam sanctam ineffabilem letitiam, quam exult-  
avit spiritus tuus in illa hora , in qua tibi per Ga-  
brielem Archangelum annuntiatus, Et concepens  
Filius Dei fuit : Et per illam sanctam Et ineffabi-  
lem humilitatem, in qua respondisti Archangelo  
Gabrieli : Ecce ancilla Domini , fiat mihi secun-  
dum verbum tuum : Et per illud divinum myste-  
rium, quod tunc operatus est in te Spiritus san-  
ctus : Et per ineffabilem gratiam, pietatem, mi-  
sericordiam, amorem Et humilitatem, per quas  
Filius tuus Dominus noster JESUS Christus de-  
scendit accipere humanam carnem in venerabilissi-  
mo utero tuo : Et per gloriosissima quindecim gau-  
dia, quas habuisti de Filio tuo Domino nostro JESU  
Chris-